

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentius,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope
innumerabilibus|| emendatus.||**

Terentius Afer, Publius

Venetiis, 1558 [erschieden] 1559

Actvs Secvndi

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-723936)

Iam reperisse, adolescentem adeo nobilem: &
 Is hodie uenturum ad me constituit domum.
 Concedam hinc intro, atque expectabo, dum uenit.

ACTVS SECVNDI SCENA PRIMA.

PHAEDRIA, PARMENO.

Ph. ta fac, ut iussi, deducantur isti. Pa. faciam.
 i Ph. at diligenter.

Pa. Fiet. Ph. at mature. Pa. fiet. Ph. satin' hoc m^a
 datum est tibi?

Pa. Ah rogitare? quasi difficile fiet. utinam
 Tam aliquid facile inuenire possis Phædria,
 Hoc quam peribit. Ph. ego quoque una pereo. quod mi
 est carius.

Ne istuc tam iniquo patiare animo. Pa. minime: quin
 Effectum dabo. sed nunquid aliud imperas?

Ph. Munus nostrum ornato uerbis, quod poteris: &
 Istum æmulum, quod poteris, ab ea pellito.

Pa. Memini, tametsi nullus moneas. Ph. ego rus ibo, atque
 ibi manebo.

Pa. Censeo. Ph. sed heus tu. Pa. quid uis? Ph. censen' posse
 me affirmare, &

Perpeti, ne redeam interea? Pa. te ne? non hercle arbi-
 tror:

Nam aut iam reuertere; aut mox noctu te adiget hor-
 sum insomnia.

Ph. Opū' faciam, ut defatiger usque, ingratijs ut dormiā.

Pa. vigilabis lassus: hoc plus facies. Ph. ah, nil dicis
 Parmeno.

Eūciunda

E V N V C H V S

Ejciunda hercle hæc mollities animi : nimis me in-
dulgeo.

Tandem ego non illa caream , si sit opus , uel totum tri-
duum ? PA. hui,

Vniuersum triduū ? uide, quid agas. PH. stat sententia.
Pa. Dij boni , quid hoc morbi est ? adeon' homines immuta-
rier

Ex amore, ut non cognoscas eundem esse ? hoc nemo fuit
Minus ineptus, magi' seuerus quisquam, nec magi' con-
tinens.

Sed quis hic est , qui huc pergit ? at at, hic quidem est
parasitus Gnatho

Militis : ducit secum una uirginem huic dono : papa,
Facie honesta. mirum, ni ego me turpiter hodie hic dabo
Cum meo decrepito hoc eunucho . hæc superat ipsam
Thaidem .

ACTVS SECVNDI SCENA II.

GNATHO, PARMENO.

G. II immortales, homini homo quid præstat?
d stulto intellegens

Quid interest ? hoc adeo ex hac re uenit in
mentem mihi :

Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc , at-
que ordinis ,

Hominem haud impurum , itidem patria qui abligura-
rierat bona .

Video sentū , squalidum , ægrū , pannis , annisq; oblitū .
Quid

Quid istuc, inquam, ornati est? quoniam miser, quod habui, perdididi,

Hem quò redactus sum: omnes noti me, atque amici deserunt.

Hic ego illum contempsi præ me: quid homo, inquam, ignauissime?

Ita ne parasti te, ut spes nulla reliqua in te fiet tibi? simul consilium cum re amisti? uiden' me ex eodem ortum loco?

Qui color, nitor, uestitus, quæ habitudo est corporis? Omnia habeo, neque quidquam habeo: nil cum est, nil deficit tamen.

At ego infelix neque ridiculus esse, neque plagas pati possum. quid tu his rebus credis fieri? tota erras uia. Olim isti fuit generi quòdam quæstus apud sæclū prius. Hoc nouum est aucupium: ego adeo hanc primus inueni uiam.

Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum uolunt,

Nec sunt: hos cōsector: hisce ego nō paro me ut rideāt, sed eis ultro arrideo, & eorū ingenia admiror simul:

Quicquid dicunt, laudo: id rursus si negant, laudo id quoque:

Negat quis, nego: ait, aio: postremo imperaui ego met mihi,

Omnia assentari. is quæstus nunc est multo uberrimus.

Pa. Scitum hercle hominem: hic homines prorsus ex stultis insanos facit.

G. Dum hæc loquimur, interea loci ad macellum ubi aduenimus,

Concurrunt

Concurrunt lati mi obuiam cupidinarij, coqui,
Lanij, cetarij, fartores, piscatores, aucupes,
Quibus & re salua, & perdita profueram, & profum
sæpe:

Salutant: ad cenam uocant: aduentum gratulantur.
Ille ubi miser, famelicu', uidet me esse in tantum honore,
Et tam facile uictum quærerere; ibi homo coepit me ob
secrare,

Ut sibi liceret discere id de me. sectari iussi:

Si potis est, tãquã philosophorũ habet disciplinæ ex ipsis
Vocabula, parasiti itidem ut Gnathonici uocentur.

Pa. Viden', ossum, & cibi' quid faciat alienus? Gn. sed
ego cesso

Ad Thaidem hanc deducere, & rogitare ad cenam ut
ueniat.

Sed Parmenonem ante ostium Thiadis tristem uideo,
Riuialis seruum. salua est res: nimirum hic homines
frigent.

Nebulonem hunc certum est ludere. Pa. hinc hoc mune
re arbitrantur

Suam Thaidem esse. Gn. plurima salute Parmenonem
Summum suum impartit Gnatho. quid agitur?

Pa. statur. Gn. uideo:

Nunquidnam hic, quod nolis, uides? Pa. te. Gn. cre-
do. at nunquid aliud?

Pa. Qui dum? Gn. quia tristi' es. Pa. nihil equidem. Gn.
ne sis. sed quid uidetur

Hoc tibi mancipium? Pa. non malum hercle. Gn. uro
hominem. Pa. ut falsus animi est.

Gn. Quàm hoc munus gratum Thaidi arbitrare esse?

Pa. hoc

PA. hoc nunc dices,

Eiectos hinc nos. OMNIVM rerum heus uicissitudo est.

GN. Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam;
Ne sursum, deorsum cursites; ne ue usque ad lucem
uigiles.

Ecquid beo te? PA. men? ? papæ. GN. sic soleo amicos,
P A. laudo.

GN. Detineo te fortasse: tu profectus aliò fueras.

Pa. Nusquam. GN. tum tu igitur panlum da mihi opere
ræ: fac, admittar

Ad illam. P A. age modo, nunc tibi patent fores hæ,
quia istam ducis.

GN. Num quem euocari hinc uis foras? Pa. sine, biduum
hoc prætereat.

Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus,
Næ tu istas faxo calcibus sæpe insultabis frustra.

GN. Etiam tu hic stas Parmeno? eho numnam tu hic reli-
ctus custos,

Ne quis forte internuncius clam à milite ad istam cur-
sitet?

Ph. Facete dictum. mira uero, militi quæ placeant.

sed uideo herilem filium minorem huc aduenire.

Miror, qui ex Piræo abierit: nam ibi custos publice est
nunc.

Non temere est: & properans uenit: nescio quid cir-
cumspectat.

E ACTVS

E V N V C H V S
ACTVS SECVNDI SCENA III.

CHAEREA, PAR-
MENO.

Ccidi .

O Neque uirgo est usquam, neque ego, qui illam
è conspectu amisi meo .

Vbi quæram? ubi inuestigem? quem perconter? quam
insistam uiam?

Incertus sum: una hæc spes est; ubi ubi est, diu cela-
ri non potest .

O faciem pulchram: deleo omnes dehinc ex animo
mulieres:

Tædet quotidianarum harum formarum. P A. ecce au-
tem alterum,

De amore nescio quid loquitur. o infortunatum senem.

Hic uero est, qui si amare occeperit, ludum iocumq;

Dices fuisse illū alterum, præut huius rabies quæ dabit .

Ch. Ut di illum, deæq; senium perdant, qui me hodie re-
moratus est;

Méq; adeo, qui restiterim; tum autem qui illum flocci
fecerim .

Sed eccum Parmenonem. salue. P A. quid tu es tristis?
quid ue alacris?

Vnde is? C. ego hercle nescio, neque unde eam, ne-
que quorsum eam:

Ita prorsum oblitus sum mei .

Pa. Qui quæso? C. amo. P A. ehem. C. nunc te Parmeno
ostendes, qui uir sies .

Scis

scis te mihi saepe pollicitum esse: Cherea, aliquid inuenit
 Modo, quod ames: in ea re utilitatem ego faciam ut no-
 scas meam:

Cum in cellulam ad te patris penum omnē congerebam
 clanculum.

Pa. Age inepte. C. hoc hercle factum est. fac, sis, nunc pro-
 missa appareant,

Sine adeo digna res est, ubi tu nervos intendas tuos.

Haud similis uirgo est uirginum nostrarū: quas matres
 student.

Demissis humeris esse, uincto pectore, ut gracilæ sient.

Si qua est habitior paulo, pugilem esse aiunt: deducunt
 cibum:

Tametsi bona est natura, reddunt curatura iunceas:

Itaque ergo amantur. Pa. quid tua istæc? C. noua figu-
 ra oris. Pa. papæ.

Ch. Color uerus, corpus solidum, & succi plenum. Pa. an-
 ni. C. sedecim.

Pa. Flos ipse. C. hanc tu mihi ui, clam, precario

Fac tradas: mea nihil refert, dum potiar modo.

Pa. Quid, uirgo cuius est? C. n. scio hercle. P. unde est? C. tan-
 tundem. P. ubi habitat?

Ch. ne id quidem. P. ubi uidisti? G. in uia. P. qua ratione
 amisisti?

C. Id equidem aduenias mecum stomachabar modo:

Neque quæquã hominē esse ego arbitror, cui magis bonæ
 Felicitates omnes aduersæ sient.

Pa. Quid hoc est sceleris? C. perij. P. quid factum est?

C. rogas?

Patris cognatum atque æqualem Archidemidem



Nostin' ? P. quid ni ? C. is , dum sequor hanc , fit mihi
obuiam .

- Pa. Incommode hercle . CH. immo enim uero infeliciter :
Nam incommoda alia sunt dicenda Parmeno .
Illum , liquet mihi deierare , his mensibus
Sex septem prorsum non uidisse proxumis ,
Nisi nunc , cum minime uellem , minimeq; opus fuit .
Eho , non ne hoc monstri simile est ? quid ais ? P. maxime .
Ch. Continuo accurrit ad me , quàm longe quidem ,
Incuruus , tremulus , labijs demissis , gemens :
Heus heus , tibi dico Chærea , inquit . restiti .
Scin' , quid ego te uolebam ? dic. cras est mihi
Iudicium . quid tum ? ut diligenter nuncies
Patri , aduocatus mane mihi esse ut meminerit .
Dum hæc dicit , abiit hora . rogo , num quid uelit .
Recte , inquit . ab eo . cum huc respicio ad uirginem ,
Illa sese interea commodum huc aduorterat
In nostram hanc plateam . Pa. mirū , ni hanc dicit , modo
Huic quæ data est dono . C. huc cum aduenio , nulla erat .
Pa. Comites secuti scilicet sunt uirginem ?
Ch. Verum , parasitus cum ancilla . Pa. ipsa est scilicet .
Desine : iam conclamatum est . CH. alias res agis .
Pa. Istuc ago quidē . C. H. nostin' quæ sit ? dic mihi : aut
Vidistin' ? Pa. uidi , noui : scio , quò abducta sit .
Ch. O Parmeno mi , nostin' ? Pa. noui . C. & scis , ubi fiet ?
PA. Huc deducta est ad Thaidem : ei dono data
est .
Ch. Quis is est tam potens cum tanto munere hoc ? Pa. mis
les Thraso ,
Phædriæ riuialis . C. duras fratris partes prædicas .

Pa. Immo

Pa. Immo enim, si scias quod donū huic dono cōtra cōparet
 Tum magis id dicas. C. quodnam quæso hercle? Pa. eu
 nuchum. C. illum ne obsecro

Inhonestum hominem, quem mercatus est here, senem,
 mulierem?

Pa. Istunc ipsum. C. homo quatietur certe cum dono foras.
 sed istam Thaidem non sciui nobis uicinam. PA. haud
 diu est.

Ch. Perij. nunquam ne etiam me illam uidisse? e hodium
 dic mihi,

Est ne, ut fertur, forma? Pa. sane. C. at nihil ad nostrā
 hanc. PA. alia res est.

Ch. Obsecro te hercle Parmeno, fac ut potiar. PA. faciam
 sedulo, ac

Dabo operam, adiutabo. nunquid me aliud uis? C. quò
 nunc is? PA. domum,

Vt mancipia hæc, ita ut iussit frater, deducam ad Thai
 dem.

Ch. O fortunatum istum eunuchum, qui quidem in hanc
 detur domum.

Pa. Quid ita? C. rogitas? summa forma semper conseruam
 domi

Videbit, colloquetur, aderit una in unis ædibus,
 Cibum non nunquam capiet cum ea, interdum propter
 dormiet.

Pa. Quid, si nunc tute fortunatus fias? C. qua re Par
 meno?

Responde. PA. capias tu illi' uestem. C. uestem? quid
 tum postea?

Pa. Pro illo te deducam. C. audio. P. te esse illum dicam.

E 3 C.intellego

C. intellego.

P. Tu illis fruare comodis, quibus tu illum dicebas modo:
Cibum una capias, assis, tagas, ludas, propter dormias.
Quandoquidem illarum neque quisquam te nouit,
neque scit qui sies.

Præterea forma, ætas ipsa est, facile ut te pro eunuchis
probes.

Ch. Dixisti pulchre: nunquam uidi melius consilium dari.
Age eamus intro: nunc iam orna me, abduc, duc, quæ
tum potes.

P. Quid agis? iocabar equidem. C. garris. P. perij, quid
ego egi miser?

Quod trudis? perculeris iam tu me? tibi equidem dico,
mane.

Ch. Eamus. P. Pergin? C. certum est. P. uide, ne nimium ca-
lidum hoc sit modo.

C. Non est profecto. sine. P. at enim istæc in me cuderetur fa-
ba. ah

Flagitium facimus. C. an id flagitium est, si in domum
meretriciam

Deducar, et illis crucibus, quæ nos, nostramque adole-
scentiam

Habent despiciant, et quæ nos semper omnibus erue-
ciant modis,

Nunc referam gratiam, atque eas itidem fallam, ut ab
illis fallimur?

An potius hæc pati, æquom est fieri, ut à me ludatur
dolis?

Quod qui rescierint, culpent? illud merito factum om-
nes putent.

P. Qui

Scin' ? si quando illa mentionem Phædriæ
Facit, aut si laudat, te ut male urat. T. sentio.

G. Id ut ne fiat, hæc res sola est remedio.
Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam
Continuo. si quando illa dicet, Phædriam
Comessatum intromittamus: tu, Pamphilam
Cantatum prouocemus. si laudabit hæc
Illius formam: tu huius contra. denique
Par pro pari referto, quod eam remordeat.

T. Siquidem me amaret, tum istuc prodesset Gnatho.

G. Quando illud, quod tu das, expectat, atque amat;
Iam dudum amat te; iam dudum illi facile fit,
Quod doleat: metuet semper. quem ipsa nunc capit
Fructum, ne quando iratus tu alio conferas.

T. Bene dixti, at mihi istuc non in mentem uenerat.

G. Ridiculum: non enim cogitaras: ceterum,
Idem hoc tute melius quanto inuenisses Thraso?

ACTVS TERTII SCENA II.

T H A I S, T H R A S O, P A R M E N O,
G N A T O,
P Y T H I A S.

Th. Vdire uocem uisa sum modo militis:
a Atque eccum. salue mi Thraso. To Thais
mea,

Meum suauium, quid agitur? ecquid nos amas
De fidicina istac? P. quàm uenuste. quod dedit

Principium